

Bern.

Summa
Maria
paraga-
tiva Vir-
go. Maier

15 Character (insigne dulcissimæ Ma-
riæ) est gaudia matris habere cum virgini-
tatis honore; ut dicit Bernard. Sermon. 4. In
Assumpt. Virginis. Vita purificationis, videtur
gaudia matris, sed nequaquam hono-
ræ virginis: impotius lustratione obducitur
privilegium, quasi perpetui non esset
singulariter novum. Obluit humilitas Vir-
ginis adimplens præscriptum legis, quicquid
hominis poterat, & non poterat cogitare
puritatis: & cum esset Mater-Virgo (ut vir-
go, candore plena; ut mater, peregrinè
fœcunda) lex humilitatis subdidit Virginem
legi Purificationis; alliciente Deitatis æsti-
mationem summam, legibus deditio, quasi
haberet maculam. Intuere lucidam um-
bram.

Cant. 4.

1.

Ibid. v.

9.

16 *Oculi tui columbarum absque eo, quod
intrinsecus latet. Quam pulchra es amica
mea! Quam pulchra es!* Sic Virginis à Deo
plauditur species pulchra, obumbrata in
Sponsa. *Oculi columbarum*. Descriptio gra-
phica! duo sunt in rutila facie lumina, & ut
notetur mytherium: *Vulnerasti* (ait) *cor
meum in uno oculorum tuorum*. Quid ita?
Iniuria sanè tantæ speciositatis lumina viden-
tur inari; dummodo singulis denegatur ani-
mam rapere. Oculi præstant nitore, in facie
perficite pulchrioris facinæ vultum, & ab
Sponso dicitur, *Oculi tui columbarum*. Haud
facile erga Sponsam simile oculorum colum-
barum percipitur, nec quare Sponsi cor in
uno tantum oculorum vulneretur?

Levit.

12. 8.

Luc. 2.

24.

Eric. Pa-
tean.

Levit.

12. 8.

Munus purificationis, officio libenter obi-
tum, & delicabit amoris, ac humilitatis arca-
num. Obluit Virgo lege purificanda, pau-
peris tessera, quod præscriperat legis edi-
ctum, *Duos*, scilicet, *pullos columbarum*. Ni-
velis dicere facerè & ingeniose cum Ericio
Puteano, *Orat. de Purificatione Virginis*.
Anniculum nemo Matris desideret agnum:
Ecce Sacerdoti quem dedit agnus erat.
Par columbarum in lege lustrationis ratè
signatur, atque in Templum, ut Virgo lustra-
retur, adducitur. Modò notasi par columba-
rum est, & oculi Mariæ conteruntur colum-
bis; quomodo cum Purificationis perficitur
sacrificium, cor Dei vulneratum trahitur tan-
tum in uno oculorum?

17 Sar cito, si fat bene. Ista est lex par-
turientis. Cum expleti fuerint dies purifica-
tionis suæ pro filio; *sumet duos pullos colum-
barum, unum in holocaustum, & alterum pro
peccato*. Holocaustum pro gratiarum actione,
in gloriam Maiestatis Divinæ: sacrificium al-
terius, pro peccato, idest, impuritate, vel pro-
fluvij contractione. Sic plerique DD. Cornel.
Alap. hic, & Lucæ 2. Malgonatus Franc. Lu-

cas, & Suarez in 3. p. D. Thom. *Disput. 16.
Sect. 1*. Obluit Virgo pullum unum in Dei
excellentiâ: alterum pro impuritate, quam
lex à puerpera subintelligit contractam. In
Virgine, est quærat impuritas peccatum,
non invenitur: haudquaquam sacrificet al-
terum pullum columbæ, dum florere puerperij
singulari decore. Sacrificet. Quid magni in
puerperio nobili claritas, si percellitur humi-
litas? Et à Virgine-Matre dum lustratur,
etiam pro impuritate pullus columbinus
offertur: furante cor Deitatis, tali studio lu-
strationis; ut quæ micabat singulari partus
inviolatâ pulchritudine, sacrificium offerret
pro impuritate.

Dei pu-
rissima
excellen-
tia, quod
affertur
sacrifici-
um pro im-
punitate, pu-
rissima.

Hoc sacri-
ficii mu-
nus vul-
neravit
Dei pe-
ctus.

Gloria
Deitatis
est huius
lustrati-
onis.

Chryf.
Virgo
singula-
ris fa-
minarè,
subdit in
purifica-
tione pri-
vilegium.

18 Par columbarum in sacrificio ob-
viam fit oculis Dei. Una columbarum eius
indicat gloriam, alia verò legi submissam
Mariam. In holocausti columba Deus ado-
rabatur magnus: in sacrificij, humilie osten-
debat Virgine decus. Magnitudinis & hu-
militatis prælabat contentio, in sacrificio lu-
strationis, & holocausto: & in his duobus pu-
rificationis officijs, sacrificium tantum cor
vulnerat Deitatis; si quietum inioispende-
remonstratorem, quæ cognoscimus excel-
lentiam divinam; quam humilitatem purgan-
di se, quæ nec ullam admittit puerpera macu-
lam.

19 Deinde. Oblatâ Sacrificij columbâ
(indicante impuritatem in feminis) ipsa erat
in munere lustrationis, holocaustum attende-
re, explicans superiorum magnitudinem; ut
Deus sese respiceret, nullatenus autem femi-
næ seditionem. Secus in Virgine lustratio-
ne videtur: holocaustis non delictatur: igitur
si in sacrificio purificatur, quæ virgo non ha-
bet maculam, & in holocausto munera inten-
dunt Deitatis gloriam; insignis humilitatis
pulchritudo ita cor vulnere transfegit in
Deo, ut minime respiceret victimam, gloriam
superioris experimentem magnitudinis; pro-
pter gloriam, quam demonstrabat in Virgine
splendor humilitatis.

20 Subinde. Expresso humilitatis cha-
racterè in Virginis lustratione, duo in ipsa
cogitantur munia, quæ quidem splendent sin-
gularissimâ gratiâ: hæc munia, quasi oculi
vultus Virginis-Matris, obumbrantur in col-
umbis. Officium matris, & præstantia virgi-
nis: unde Chrysof. apud Metaphrasen in
Nativit. Virg. ait: *Non aliud quicquam inter
creatas res visibiles aut invisibiles maius, aut
excellentius inveniri potest. Sed quid? Eadem
(subdit) Virgo & Genitrix*. Conceptus matris
erat communis: Matris-Virginis singularis.
In reliquis feminis gaudia matris præstant
sine pudore; in Maria verò gloriosâ, excel-
lenti,

Imò ut
sacrifi-
cium magis
fulgeret,
pro vi-
ctima
ipsam
purita-
tem ob-
tulit.

Cant. 4.

1.

August.

lenti, admirandâ puritate: & cor Dei maximè
furatur in sacrificio unius columbarum, qua-
si in uno vulneratum oculorum; quia Virgo
offerebat in sacrificio, & etiam pro victimâ
lustrationis, privilegium quo præstabat so-
minarum singularis.

Nunquam poterunt præcendi in Maria
prærogativæ virginis, & genetricis, ut pul-
chra esset casta generatio, cum claritate in-
violatâ pudoris. Duntaxat in officio lustratio-
nis & munere, individua comites poterunt
cogitative disjungi; videlicet cunctis in col-
umbæ sacrificio (quasi una mulierum esset)
& victimam pro peccato. Cæterum cor Dei
& oculos rapuit Virginis singularitatis, in ob-
sequio mirifico, quod cogitavit humilitas:
quandoquidem dum alia feminæ offerebant
pro puritate victimam excellentem; obtulit
in templo Virgo pro victimâ puritatem.

21 Odoratus Dominus odorem suavi-
tatis, dum sacrificium factum est etiam deco-
ris. Pulchra dicitur, & summè pulchra. Sic
exclamat: *O quam pulchra es amica mea!*
Pulchra, deventosa tenobris ignorantia,
gloria in Virgine singularis excellentia? Pul-
chra inter ritus legales, deturpantes splendorem
illibati pudoris? Pulchra quidem. In
Forma Dei, ut ait August. Sermon. 35. de Sanctis,
expressa tenobris legis, altius exfulguravit
elegantiâ pulchritudinis. Pulchrior rutilat,
cum splendor latitat. Pulchrior opacis? Illu-
minatur umbris: & sic speciositas floret, abs-
que eo, quod intrinsecus latet. Omnis gloria
eius ab intus, circumdatâ varietate virginita-
tis, & honore genetricis. Minimè lustratio de-
corem minuit; cum adhuc in Purificatione fit
fons lucis Virgo-Mater.

Cor.
Mag.
Sanc.

Idem.

Rom. 8.
5. 6. 7.

DIDASCALIA X.

Homo nihil sine Deo.

At N. Gregorius Magn. lib. 5.
Moral. cap. 1. & merito, quippe
sine Deo quid homo? *Sacer intra nos spiritus
sedet, dicit Stoicus, Epist. 41*. Sed quam longe
ab illo Saer, de quo gloriatur! Nos tantam
primitias spiritus habemus: & sacer intra nos
sedet spiritus veritatis, minimè superstitionis.
Illius enim iudicium est, *Epist. 124. Superstiti-
o error insanus est, amandus timet: quos co-
lit, violat. Quid enim interest, utrum Deos
neges, an infames? Negas igitur dum infamas,
plaudendo violas, in animo arroganti & su-
persticioso sacer spiritus, error proculdubio
insanus, Qui enim secundum carnem sunt,
quæ carnis sunt sapient: qui verò secundum*

*spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Sa-
pientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei
non est subiecta; nec enim potest.* Hæc Pau-
lus. Hæc ratio: nequaquam coeunt for-
ma legis, & audacia transgressionis. In ipso
vivimus, movemur, & sumus. In primo ex-
primitur *Esse*: in secundo verbo, *Vivere*: in
tertio denique *Intelligere*; quodquidem in-
signe hominis: ac dicitur appositè à Paulo, in
Deo esse nostrum *Esse, Vita, & Intellectus*:
quia sine Deo nec vivit, nec intelligit, nec est
homo. Tria hæc breviter exponenda: primum
modò, secundum *Didasc. 17*. tertium *Di-
dasc. 19*.

*Formavit igitur Dominus Deus hominem
de limo terra (perpende) & inspiravit in spi-
ritum eius spiraculum vitæ, & factus est homo
in animam viventem.* Si Deus formavit ho-
minem, homo non factus? Cur ergo post dicitur,
Factus est homo? Si dudum formavit,
nonne fecit? Haudquaquam portò fecit, dum
formavit. Formavit speciem hominis: & non
est homo, qui tantam habet speciem. *Inspi-
ravit spiraculum vitæ, & factus est homo*: ipi-
raculum vitæ hominis, est mystice spiritus
Sanctus: & tunc dicitur factus formatus ho-
mo; quia non est homo sine Dei spiraculo.

2 De peccatoribus sic Davidicus zelus:
Imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quos
enim vocat imaginem? Homines. Vide Loro-
rium hic. Homines imagines hominum?
Quia homo in imagine pertransit, & brevè
vivit tempore, dicitur à Mercurio Trimegisto
cap. 15. non homo, sed hominis imaginatio.
Imaginationes (ait) *hæc dicere deceat, ò fili!*
*Imaginationes: siquidem hominem rectè enan-
ciamus imaginationem: ac puerum pueri ima-
ginationem: virum viri imaginationem: so-
nem sentis imaginationem: nam homo non est
homo, neque puer puer, neque adolescens adoles-
cens, neque senex senex, neque vir vir, quæ enim
mutantur, mentiuntur, & quæ iam fuerunt, &
quæ sunt. Ecce imaginatio hominis dicitur
homo, sed non hominis imago: quo pacto
erant homines tantum imagines? Homines
sunt, cum conformantur naturæ facultati-
bus, ac rationis insitit in conditione functio-
nibus: & dum abstrit à natura; qui homines,
non erunt, sed hominum simulachra.*

Perpende operationes, quibus naturæ
cognoscitur. *Operi iniquitate & impietate,*
nunquam respiciunt, quia non est respectus
morti: imò pacem habent, quasi operarentur
optimè. In labore hominum non sunt: ideo te-
nuit eos superbia. Fortunis crevit audacia.
Abundantes in sæculo obtinuerunt divitias; &
illos fascinavit summa prosperitas. Glomera-
tis circumdatus, posuerunt in casum os suum.

Act. 17.
28.
Sine Deo
nec est,
nec vi-
vit, nec
intelli-
git boni
mo.

Gen. 2.
7.

Non est
homo si-
ne Deo
spiracu-
lo.

Psal. 78
20.
Lorin.

Merc.
Trism.
Homo
hominis
imagi-
natio.

David
ubi sup.

Deum

Deum negant; dum impudentia infamant; igitur inique agunt, quasi scientia non esset in excelsis, & Deus nec sciret, quorum erat operatio. He non hominum, quia contra rationem: & hos peccatores homines David hominum vocat imagines; quoniam in eis non est rationalis naturae substantia, sed duntaxat simulachrorum figura. Esse illorum est esse imaginis: in imagine non est anima, sed forma corporis: ac in figura corporis forma illorum consistit; quia anima eorum in ipsis proculdubio deficit.

Anima impiorum in ipsis deficit.

Nec se cognitio- ne cog- noscit.

Peccator tantum hominis simulachrum.

Cam nra, stat homo hominis imago vacua.

Ioann. 2. 7.

huiusmodi homo, sed statua: homo; in corporis figura, lapis sensibilis, brutus rationalis, animal indomitum, bellua sine iugo, hominis tantum imago, in se, ut semper pravaricaretur; & extra se, uti ex lex pravaricaretur. Effigiatu est homo: in quo ita deformantur lineae rationalitatis colore glaffo scelerum; ut ipsum corpus imago hominis redigatur ad nihilum. Constructur homo ex spiritu (qui anima) & corpore, sensibili terra. Homo non est homo sine spiritu. Demitur hic crimine, a quo corpus recipit esse. Erit ne homo, ubi deserit ratio?

Non est homo, sed daemon.

Ambra Bern.

Homo spiritus mortalis.

Senec.

Hominis esse esse se cum animam rationem vivere.

March. 8. 7. v. 8. v. 9.

3 *Imaginem ipsorum.* Hem! Ita immutantur umbris scelerum; ut ipsi non sint nec imagines ipsorum. Hispan. *Ni sombra de lo que fueron. Imaginem ipsorum.* Si factus, si pompa, si insigne nobilitatis, unde claret fama nominis; velut infomnium rediguntur ad nihilum: siquidem quae apud homines magni aestimatione ponderis, apud Deum sunt iohanes imagines vanitatis. *Imaginem ipsorum.* Urinam divinae in corde subliterentur, dum peccata inanibus evacuuntur. *Imaginem ipsorum.* Sed cur imago? Imago caret vita: & imago vocatur seclusus, & fungens animam; quia ita corruptelissimam vivit, quasi minimi, aut minime periosissimam haberet. Accipit igitur in vano animam, qui sic amplectitur culpam. Imago nec vidit, nec audit, nec sentit. Peccator non videt lapidem offensionis, non sentit pondera criminis: obturat aures, ne possent intima peccatoris amica calidus inspirationes, dum ruit praecipit in infernum: & merito signatur homo hominis simulachrum; quippequam per tot transgressionum cursus, sensum amittit lachrymabiliter sensus.

4 *Quid est homo? Animal rationale mortale:* dixit Ambros. lib. de *Noi & Arca*, quem sequitur Bernardus Serm. 5. in *Dedicat. Ecclesia. Rationale mortale.* Haec est miseria fortis, scilicet, quod si rationis compos, & pro libito mortalitatis. Inexterminalibus creatus est: & factus est sponte in exterminium; ubi vasto serpenti praebuit assensum. Mortalis est & merito, qui immerito obiecta lege, gratis privatur ratione. Dignum morte nonnemo iudicabit, qui ut moretur, prius rationem abdicendo sepevit: & dignum etiam ploratur, rationalem posse mori: quid voluisset?

Frequenter a Philosophis definitur, *Animal rationale. Mortale* emittitur; quia supponitur. An quia animal, vel quia rationale? Nihil homini noxius, quam intellectus. Ni rationalitas temperaretur animalitate, exhalationes essent longiores vitae. *Animal rationale.* Recte si homo, ergo rationalis. Si rationalis; igitur homo. Ergo non erat homo cum peccato. Audi Senecam *Epist. 41. Rationale (ait) animal est homo. Consummatur itaque eius bonum, si id adimplevit, cui nascitur. Quid est autem, quod ab illo ratio hac iuxta? Rem facillimam: secundum naturam suam vivere: sed hanc difficilem facit communis insania.* Ratio constituit hominem animal rationale: ergo non erit homo sine ratione. Non consummatur bonum, ad quod nascitur cum crimine: siquidem legis transgressio non est vivere secundum rationem & naturam, sed secundum communem irrationalium insaniam. Sol intelligentia non oritur, dum delinquitur. Non est homo sine lege; perperam rationalis sine ratione: ergo non homo, cum deplosa ratione, legis sit audax transgressio.

gra

Potestas no debet esse sub homine, sed homo sub potestate.

Linc. 3. 2.

Quid sub, & super potestatem?

Dignus sub officio.

Stolidus qui nanciscitur dignitatem honoris, in honore dignitatis.

graviter expellit maiestas morbum; dum sufficit verbum. Observa subsequenter peritodum. *Nam ego homo sum sub potestate constitutus.* Excellentiam depromptit dignitatis in regimine; quandoquidem constitutus erat in officio sub potestate. Concidet profecto auctoritas, dum sub homine superiore fuerit potestas. Quod gemit, quia potestas incurvatur sub homine; floret abunde, si homo constituitur, ut par est, sub potestate.

5 *Sub principibus Sacerdotum Anna, & Caipha, factum est verbum Domini super Ioannem.* Perpende *Sub* & *Super.* Uniuicque munus erat, sed aliter Ioannes, aliter officioungebantur Pontifices. Munus praedicationis *Super Ioannem*, quia officium onus: verum dignitas *Sub Anna, & Caipha*, quia honoris officium. *Super Ioannem*, ut curvaretur pondere: *Sub principibus*, ut extollerentur dignitate. *Super Ioannem*, ut portaret; *Sub principibus*, ut portarentur: & brevi nota Principes de tyrannide arguuntur; siquidem non erant sub potestate dignitatum, quae dignitates sub Principibus sacerdotum.

Esse dignitatem sub homine, nil aliud est, quam sine usu, abuti dignitate. Esse super hominem dignitatem, habere hominem. Claridus promam: primum est, indignum munere fungi: secundum, dignum subtervire dignitati: & se iure benemeritum probat; non qui recumbit, sed qui dominus dignitate, ministrat. Indignus sub pedibus habet, quo fulget, ut omnino consistat: dignus vero super se, ne dignitas pondere sine fulcimine corruat. Hisp. *Faltan a su obligacion; porque no ponen el officio sobre si.* Unde ut conset, Ioannem strenue obisse muneris legem; verbum Dei factum fuisse dicitur super Ioannem. Ad haec aliam. Ad rem.

8 *Intuitus sum & non erat homo:* dixit merens Ieremias. Homines proculdubio erant, etenim & hominibus isthaec Vates praedicabat: quomodo non erant homines, cum Ieremias haberet audientes? *Stultus populus meus nec non cognovit: filij insipientes sumt, & recordes.* Homines sunt rationales: qua via erant homines insipientes? Effraeni vehabantur in vitia, indomiti corruant in mala: quin ratio compesceret emancipationem ad facinus omne; rumpebant vincula vitorum proclivitate: & negatur existentia vel illius hominis, dum nullus est sub potestate legis; quoniam a natura rationali delcivit, quisquis vecors & insipientis Deum in lege non cognoscit.

6 *Sub potestate constitutus;* dignè assumitur, sed quare dignus? Nota. Minime dicit: *Homo sum, per potestatem constitutus:* siquidem neutiquam benemeritum in officio; quisquis per potestatem constituitur homo. Nec, *Homo in potestate constitutus:* quandoquidem sine potestate non erit homo: & stolidus herede, qui nanciscitur dignitatem hominis, in honore dignitatis. Haud, *Per potestatem, vel in potestate est homo, sed sub potestate.* Plerique sensum hominis amittunt in munere; quippe instantanum fulgoribus, vel patienter vertiginem in culminibus: & Centurio exhibetur in potestate cum sensu hominis; quia nequaquam attonitus in fastigio potestatis.

Ergo proposito, ne moremur in trans-

curfu. *Homo (ait) sum sub potestate constitutus.* Sub qua potestate? Officij, & legis. Officij, quia non licet illi, quod veit facere. Extra legum enim praescriptionem, etiam in officio nullam habet potestatem: aliis non esset Centurio sub potestate legis, sed lex sub iniqua potestate Centurionis. *Homo sub potestate constitutus.* Homo est animal intellectivum; cur ergo dicit, *homo sum sub potestate;* si a potestate, vel non potestate nequaquam hominis constituitur esse? dummodo sit rationalis; nihil interest, quod sit, vel non sit qualitas muneris. Qualitas ergo videtur ad constitutionem importuna, cum loquimur de substantia: & in huiusmodi officio, prudens Centurio sub potestate aptè dicitur homo, quippequam si non esset sub potestate legis, nunquam iudicaretur rationalis.

Qui non sub potestate legitur, non est iudicatur rationalis.

7 *Homo est, qui vivit secundum propriam naturam, id est, rationem.* Vivit dum subditur voluntas legi, & nullo modo, cum lex eius deserit volappti, & voluntati. Cum habet sub se affectus milites; & ille iacet sub potestate rationis. Cum dicit huic: *Vade, & vadit; veni, & venit; fac hoc, & facit:* nullatenus dum permittit milites superiores; ut affectus legibus sint rebelles. Si deest ratio, non est homo: ac Centurio dicitur in dignitate homo factus; quia solummodo est homo, ubi fuerit sub legis potestate constitutus. Vide quae diximus *Tautolog. 2. Didasc. 4.*

Dum deest ratio, non est homo.

Ierem. 4. 23.

v. 22. Negatus existit hominis quod astructur legi.

9 Interdictio Protoparenti ligno scientiae boni & mali, ut ille cum filiis floreret perpetim felicissima sorte; accessit ad cor altum & in malo amittit bonum, quia avertit se, & non servavit commodissimum pactum. Unde fracta lege, peisrida fronte, exolevit ratio, & mansit homo & non homo, rationalis ac irrationalis, voluptate amara, felle acerba transgressionis. *Cum in honore esset, non intellexit (ait Psaltes) comparatus est iumentis insipientibus & similibus factus est illis.* Primus homo

Psal. 48. 13.

Non est omnium habere honorem sensum.

homo non est homo? Sanè: evanuit intelligentia, cum esset feliciter in honore, & enim est omnium hominum habere honorem & sensum: siquidem qui homines dijudicabantur apti iure ad falligia dignitatis; inventi sunt ut iumenta in auctoritate honoris. Non est homo? Si in nobis quod rationale, quia imagines primi hominis; qua via primus homo, comparabitur iumentis? Audite hæc omnes gentes, & erudimini, qui habitatis orbem. Decreta legis rationabiliter lata, cognovit; sed cum in honore esset, non intellexit: igitur vehementer insanus, voluit stultè esse Deus: id est, sine lege Dei gubernari; & gubernare, qui hominem se demonstrabat, iudicatus divina legi. Ideo dum subditio appetit dixerit, Fac hoc, non facit; quippe quæ iusserat Deus per legem minime fecit. Intellegit sapienter homo, dum cedit ratio divino precepto. Proterere meditante decreta legum, solum patet insipientia stolidorum: haud mirum, quod homo conferratur iumentis insipientibus, proculcatis audacter legis latae præscriptionibus: siquidem deperdit, irrationalis est actio; & irrationalis non est homo.

Math. ubi sup. Homo illex non est homo.

Bern.

10 Præterea. Homo est, cui habitudo corporis rationalis præferat, interioris notitiam, & actibus externis internam nusquam inficiatur formam: igitur ut Bernard. Serm. de Provid. dicit: Indecorum est, corde serpere, & caput iursum extollere: quoniam decedet animam in ima pronam esse, ut iumentorum jereceto corpore in altum. Carpsit Persius, cum dixit Satyr. 5. v. 82.

Pers.

Hæc mera libertas? Hanc nobis pilea donant? An quisquam est alius liber, nisi vivere vitam Cui licet, ut voluit: Licet, ut volo vivere: non sum

Vitium facit in homine, quod natura in pecore.

Iob. 1.8

Liberior Bruto? Non exiit vitij homo formam: superinduit moribus, cui fludet, aliam, ita ut vitium hominis natura sit pecoris. Homo in honore oblitus beatitudinis, & avidus mentitæ felicitatis, sese prodeicit ultro in barathrum transgressionis: ac appositè comparatus est insipientibus iumentis; quia si de rebus duntaxat cogitat caducæ præsentibus, licet homo & in honore, nihil differat à pecudibus.

11 Deinde. De Iobo dicitur: Homo simplex & rectus, ac timens Deum; & recedens à malo. Iob Filius est Adami: igitur ex uno fecit Deus omne genus humanum habitare super universam faciem terræ. Si homo non est Adamus, ergo etiam Iobus: siquidem filius nihil habere potest in natura, nisi quod confert ultro patris substantia. Cur ergo Adamus non est homo in honore, & Iobus

ut homo signatur etiam in felicitate? Perperam quidem in eadem natura, & fungentibus univocè intelligentiâ, uni conceditur, quod alteri negatur. Non perperam. Adamus erat animo bitons, Simplex Iobus. Ille curvus, Iobus Rectus. Adamus fastosus in Dominum, Iobus verò Timens Deum. Ille malo accessit, ille recessit à malo. Iobus probus Deum cognovit, Adamus prævaricatus non intellixit: & cum homo non sit homo, si sceleris; naturam hominis abolevit Adamus: & Deus Iobum meritò designat hominem; siquidem tantum est homo, qui sequitur rectitudinem. Comprobatur rationalitas in homine inevitabili subiectione legi: in Iobo demonstratur sanè constitutum: Erat homo timens Deum. Septuag. Homo verax & verus: timens Deum, homo verus; quia illex tantum homo fectus. Vide Lorin. in 12. Eccle. v. 13.

Solum est homo, qui sequitur rectitudinem.

Septuag.

Eccle. 12. 13.

Homo ratione gaudet, cum legem exatit adimplet.

Bern. P. Danti.

Tempus est bellæ humanae formæ.

12 Perpende alijs terminis definitionem adæquatam hominis. Vulgaris, ut diximus: Rationale enim animal est homo. Alter, & non secus, sic definitur à Salomone. (Finem loquendi pariter omnes audiamus. Nihil supra, quia nihil ultra) Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo. Omnis homo est animal rationale: quicumque essentia hominis pendet à divina lege? Illustratur definitio, ut notescat quod sit veraciter homo. Salomon constituit hominem per observantiam legis: Aristoteles per excellentiam rationis. Bene omnes: quippe solum modò homo ratione gaudet, cum legem exatit ut rationalis adimplet.

Observatione præceptorum, hominis profertur essentia; & sui officibus rationalibus demonstratur humana natura. Lex, & ratio. Profectò. Idem sunt, igitur ratio tantum recognoscit hominem in hominibus, secundum rationem hominem additum legibus. Hic est verus homo: dicit Bernard. Serm. 20. in Cant. & Petrus Damianus lib. 1. Epist. 17. Non enim formatur ad imaginem veritatis, qui ratione proculcata deficit ab excellentia rationis: etenim si homo verus est, timens Dominum, & observans divinum præceptum; cum fuerit ab iniuncta lege averfus, homo erit reverà pictus. Qui descendit homo à rationali natura, est bellua in humana forma. Favet ratio. Idem est constitutum & distinctum. Distortè distinguitur à pecudibus, ubi non utitur, quo differat ab animalibus.

13 Contemplare adhuc. Hoc est omnis homo, dicit penitens Salomon. Adæquata prorsus definitio, ni occurreret eventus adversæ ratio. Omnis homo? Nequit esse. Definitio

Homo quoad speciem tantum, non est homo.

Iob. 1. 20. On Kal.

Praxis legum est constitutum hominum.

Pers.

Ioann. 4. 22.

Leont.

Cyrril.

Idem.

stio convenire debet omnibus: plures mandata Dei non observant, timorem eius proculcant, genio indulgentes, ac illecebris studiose obtemperantes; & sunt homines. Ad speciem tantum: reipsa apparent sine intellectu: superbi, leones; harpiz, tenaces; trulentii, tigres; & ac lupi, rapaces: & dicit Salomon (cum timore Dei, & præceptorum custodia sit definitio) hoc est enim omnis homo: quippe qui solum submittitur iugo legis, habet naturam rationalem hominis.

14 Obiter nota infirmitatem Tobie patris, ut filius præ cunctis concupivis floretet momento spectabili rationis. Filium ab infantia timere Deum docuit: Onkala. Ab infantia esse hominem docuit. Haudquaquam despiciabilis excellentia, quod fuerit homo ab infantia. Sed cogita: Homo nascitur: esse hominem non docetur. Quomodo ergo hominem esse docuit, dum pater necessario communicavit? Esse hominem non docetur, sed quod sit homo, docetur. Homo fit à natura, comprobatur conditio legum custodia. Aprius dicitur. Est à patre, fit à lege: & documentum legis, dicitur aptè constitutum hominis; siquidem timore Dei in legibus stolidè proculcato, etiam naturam hauriens, non esset homo.

Tum fallere, solus Apposita in tortos ostendit regula mores. Dicit Persius ubi sup. vers. 37. Hoc est omnis homo. Si hoc omnis homo, absque hoc nihil omnis homo. Omnia est homo: at siue legum observantia, nihil omnia. Omnia nostra sunt, si sumus Christi; dicit Paulus 1. Cor. 3. 22. & 23. Omnia erunt veraciter hominis, si ipse homo sit veraciter homo. At quid homo sine Christo?

15 Proposuit Servator sui manifestationem eis, qui legum observantia ostendebat charitatem: cui dixit Iudas Taddæus, Quid factum est, quia manifestatus es nobis te ipsum, & non mundo? Amore in Christum dissile isthæc verba Iudam, autumavit Leontius hic. Intendit Christi gloriam omnibus esse conspicuam; & minime rebatur propriam esse Christi amoris, nisi omnes compotes essent expectatæ beatitudinis. Alij intelligunt Christi manifestationem per Spiritum Sanctum. Ad Cyrrillum: & inquirat Iudas (dum fulget Christi charitas erga humanam naturam, ignem veniens mittere in rationalem cœdem terram) cur mutata modò voluntate, sui privat mundam manifestationem? Miratur (inquit Cyrrillus hic) Christum illis tantum, & non mundo manifestandum, cum datus fuerit Christus in lucem gentium. Perpende modò. Mundus dicitur, de quo

Ioannes 1. 10. Mundus enim non cognovit. Id est, homo amator mundi, sicut observat Augustinus in Psalm. 54. siquidem humani affectus convertuntur statim in ea, quæ colunt. Manifestatio est communicatio: & ipis sit, & non mundo; quia cum mundus significet homines rationis expertes, non communicatur hominibus, si non homines.

16 Intende in Christi rationem. Si quis diligit me, Servanem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus. Ecce causa manifestationis & abstractionis: scilicet possessio, aut abdicatio charitatis. Nascitur homo, ut Deum di ligat, hoc est enim omnis homo. Deus manifestatur homini, cum diligitur: diligitur, cum eius leges servantur. Perperam mundus diligit, quem non cognovit: & hominem ex legem vocat Iudas mundum, & non hominem in mundo: quia non homo sine Deo.

17 Deinde nota ly Quid factum est? siquidem emphaticum. Id est, ut diligenter observat Maldonatus hic num. 52. Quid novi acciderit. At quid? Respexit Christus super filios hominum, ut videret, si esset intelligens, aut requirens Deum: via licet (inquit Lorinus in Psalm. 13. v. 2.) Si esset homo inter filios hominum; quippe solus inter homines homo, requirens Deum: igitur ut intelligentia testera rationalis, hic est intelligens. Respexit, ut se hominibus communicaret; & non fecit. Quid novi accidit? Quid factum est? Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Homines facientes bona, duntaxat ornantur rationali natura: & cum Christus veniet, ut hominibus manifestaret summam felicitatem; scriptum mundo occuluit, quia non invenit inter homines hominem.

18 Modò claret qualis gloria Christi desideretur à Iudæ. Venit Christus in hunc mundum, ut dignos nos faceret ministrari, etiam omnes homines erant indigni. In Christi manifestatione forebat homo ampliore felicitate: & ubi tantum discipulis manifestatio fit; Iudas promptè dixit: Domine, quid factum est? Charitatem devenustas, si non omnibus concedit charitatis; igitur potior & nobilior, assequi beneficium indignos beneficiorum. Ideo, ut ait Cyrrillus, Iudas miratur huiusmodi singulari verbum: quandò quidem in Christi peccatore novum; quod à participatione feceratne sœcietatis, vel qui indignus naviculo ingratitude.

Pater manifestatione per adventum Divini Spiritus huiusmodi charitatis effectus. Discipulis manifestandus erat, & non mundo: at plures quam discipuli assunt in cœnaculo. Quid factum est? Aliquid novi acci-

Ioann. 1. 10. No enim cognovit mundum.

Ibid. v. 23.

Non homo facit Deum.

Mald.

Lorin.

Quomodo Christus suus hominem non invenit?

Emilio generis sui inbeneficio, dum in se fertur ingrato.

Cyrril.

Successor fortunatum locupletissimæ domus, qui splendorem avitum vitæ lampade, quasi curesor filio traderet, Abraham deceret, cum floretet. Lamentatio crebra: *Ego vadam absque liberis, O filius procuratoris domus mee.* Vox dolentis est, uti notat Caictanus. Abraham promissum fuerat semen gloriosum in numero, inflat arenarum; in splendore, inflat siderum. Filius procuratoris, cuius ingratis meminit, iuxta Gennadium, erat filius ancillæ: & pœnitit Abraham, ita uxoris infecunditate patientem, ut necesse sit, servum insitueret successorem. *Filius* (subdit) *procuratoris domus mea iste Damasceus Eliezer.* Ad quid igitur *iste*, dum non alius? Intra animus dolore pungitur, dum intra cogitationem filius cum successore confertur: & ipse dolens sibi dixit: *Heu!* Poterat esse filius, & erit *iste Damasceus!* Sanè dolet. *Iste?* Quis est ille? Memilerum exclamare necesse, si neos claudet oculos ille. Perpende. *Ego vadam absque liberis, O filius procuratoris domus mee iste Damasceus Eliezer.* Quid? Oratio trunca. Quid ille Damasceus Eliezer? Intimè dolet: vox faucibus hæsit: nequivit præ dolore, pronunciare hæredem filium ancillæ.

5 Sic se articulus harum rerum habebat. Observa modo diligenter, quid lateat sub aviditate feminea. Nescio, an ærem verberans iudicium profero; vel ad orator propensionem, acumine non obliquo. Filium procuratoris, qui & Abraham ancilla (ideo Hebr. *Filius Mefec*, nomen matris) hæredem patet credentium in prima cera nuncupare cogitaverat. Saram ergo, quæ habebat ancillam, nequaquam consilium deliberationis latebat: *Et dixit marito suo in, ingredi ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios.* Quid igitur interest maioris momenti, deficiente hærede legitimo, quodd huius, vel illius ancillæ filij fiat nuncupatio? Quid amplioris domui splendoris, quodd hæres filius Agar, aut hæres filius Mefec? Quia Mefec Abraham serva, & Agar Saræ ancilla. Quid vel hoc ergo? Quid ergo? Plurimum relet: igitur genio sanè in æ mulcum isihæc institutio cœnter. Dicant.

Servitus sequitur ventem: quæ propter Saræ ancillæ filius est abduccie Saræ servus, quo ad libitum uti posset, sicut dicitur de matre: *Ut ere ca, ut libet.* Nullo pacto penes Saram esset domus gubernaculum, ubi ancilla Abraham hæredem fortunatum insitueret filium: & Sara filium ancillæ suæ nuncupandum acriter urget; ut haberet in successore mancipium, quem pro libito iuberet. Hispana dialecto *viridijus. Sollicitaba en la ca-*

sa de Abraham por successor, un esclavo à quien mandar.

Lacet aviditas regiminis larvæ favoris, ac specie lucatâ necessitudinis. *Ingrèdere* (ait) *ad ancillam meam* (si non mea, haud ingrediaris: evanescit aliter artificium ambitionis, si forte ex illa suscipiam filios. Filium ex illa non habitura, sed tantum servum ex serva: & vocat subdole filium, cum reverà haberet servum; ut nactio huiusmodi adoptivo successore, ad libitum & ad nutum posset uti, vel abuti.

Deinde. Servus, ut diximus *in m.* 2. non habet nomen, neque tributum, neque centum. Iocitico non matri & gar, sed Saræ Domina tributum partus, & illa sulc it: *Si forte saltem ex illa suscipiam filios.* Ecce mira callidiorum nâchinum, cum domini servus ingrederetur familiam. Non hæres constituitur ancillæ Abraham filius Mefec; sed ancillæ mea filius Agar: si Abraham, in successione portabit non est suum: sed meus servus eligitur, ut portet in muerenomen nœum. Census necessarii sunt, ut domus Abraham splendet subsistet, alias auctoritas yana. Mancipium non habet centum; & de liberat pro successione mancipium; quippe quum ut perpetim in sua ditione successore extiterit, centum habebit, quicquid illa voluerit. His igitur conditionibus quis accipiet vel regnum, ubi gravis senèna dominatio? Dicit scriptura. *Conger homo.* Sic legunt Hebræi & Caicti, successor vallatus, continuo servus. Nec centum, nec nomen habet. Factio utique semper consilij mei prævalebit. Filius meus est ex ancilla; & etiam succedens Abraham, non alia tribus, quàm mea: quandoquidem mancipium neque habet tributum, nec centum, nec non est, præter meam insituiticem dominantem voluntatem.

6 Plerunque istiusmodi cogitationes sine intellectu. Plura diximus *Tautolog.* 3. *Didasc.* 3. *Mulos* (inquit Seneca lib. 1. *Benef.* cap. 1.) *experimus ingratos, plures facimus.* Facinus est. Etiam. Præmia non ipsis propter ipsos, sed privatis cum modis circumtulimus, atque philauter in ipsis, nobis favemus; quos vel ipso beneficio ingratisissimos facimus. Non tantum nos timent exactores beneficos; sed etiam cautionibus negotiatoris indignes. Quorsum queruli vergimus? Ubique consistentes cogitabundi vagamur. At si eligimus in principem rhamum, de pœnditione & compunctione querimus? Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulibus ficus, vel fentes? Rhamus sponte pungit, aculeosque haud figit arte: quid in maie-

Gen. 15.

Caict.

Gennad.

Delectus nobis sumum habere pro successore mancipium.

Ridit minima in regimine de quo vir dolet.

Gen. 26.

Ab. v. 6. Perquisitio electis propriis, insitueret pro successore mancipium.

maiestate servabit modestiæ throni, qui privus exandescens devoravit cedros Libani? Proh nefas! Adeo adversus experientia pertinacis iunus; ut bella victi, & naufragi maria longissima repetamus. Adoramus quod nescimus. Utinam intelligeremus priora; ut provideremus occulta & nota novissima! Non proclive, vertere ingenia prava. Plerumque enim, quæ magis grata, nocuiora; quoniam crebro ab obligatore, tutò procedit & ruina.

7 Mortuus est Salomon. Simul cadunt sapiens & insipiens. Quid amplius homo habet de universo labore, quo laborat sub Sole? In laboribus requiescere. Deus requiescit a labore, & universo opere. Deus ab opere: homines in opere, & post labores nactos; siquidem opera illorum sequuntur illos. Mortuus est Salomon: Multa sapientia multa indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem, & dolorem. Si labor & dolor aduentibus scientiam; erit requies contentibus stultitiam? O Bone Deus! Lux pupillæ convertitur in fontem servidum lachrymarum, videns pacem usquequaque peccatorum.

Mortuus est Salomon: at quo morbo interijt, ambigitur; est plures nâstitudinis & libidinis causas aserat. *Pineda in Salom. Proem.* lib. 8. cap. 3. num. 1. *Audivi a quodam Decussimo, sacrum literarum Professore, Ieremiam Drexelium in Suo Salom. aseruisse (legi enim & anxie, nec occurrit) hunc Regem infelicissimum occubuisse muli calce: Deo ultione, ait Valerius Anselm. in Catalog. Principum: quippe sibi multiplicavit equos & mulos; transgrediens præscriptum Domini interdictis, Deuter. 17. 16. Saris sit auctoritas tantis viri.*

8 Salomon sapientissimus omnium felix flet; & mestissimus interit. Sapiens in mortalis, festivus, hilaris: si aliquatenus mori potest infelix, non alio nisi casu Salomonis. Quo efficaciore morbo, hominum quibus cordatissimus interire, nisi nulli est frangi inopinato calce? Idiome Hispan. *lepidule. De quo pudia moriri el hombre mas discreto, fino de la cor de un mulo.* Aliquando vebat Regem fletorem: calcitravit & mulus, dum vidit peditem. Szepetapius qui stimulis & calcibus graditur rectè; dum Superior descendit, trindet & calce. Cicut existimabatur. Indoles bona! Mulus igitur semper calcitrat. Hæc vulgaris gratia indignorum in apice principatus: sunt sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

9 Demum. sibi iam senex elegit Salo-

Difficile accipitur tribuisti ille fructu manibus

Quale ingenium ambitionis?

Eligitur sapienter, ut portet non autem auctori in dignitate.

Non habet homo post mortem, nisi bonam aut malam quam fecerit.

3. Reg. 11. 43. Pined.

Ierem. Drexel.

Valer. Anselm. Quo morbo decepsit Salomon?

Senec.

Ingratissimus mortuus veniens aspiciam infanabile.

Ingratissimus beneficiis ipsi plebsque facinus.

mon mulum, non pavidum; sed motu effi veloci, quietissimum. Hic Regis Salomonis delicia contritu conmodi. Pro delectamine, ut videret regium mulum, descendit fortis ignarus, in omnium lebulum. Calcem mulus electus & dilectus impedit; ac Rex subito cecidit, & decessit. Non invenit sapientior medicabile phatmacum, contra multum calcis idum. Sors infelix! Verum dicit motus inopinata Salomonis, quomodo habena retinendæ regiminis; siquidem albis vilicibus sapientiores eligunt mulum cicutem; & experiantur iure externacem calcitorem. Nullatenus hortum electione, & exitus experientia, auctoritati præclivè revocantur ab infantia. De mulis & asinis erit læpe electio & iollicindo; nequaquam de homine, qui iure dignus imperio.

Ingratissimus beneficiis, non invenit nec Salomon medicum.

DIDASCALIA XII.

Aliquando Deus operibus admonet.

17. *Sc N. Magnus Gregor. Homil. 17. in Evang.* Nulla non arte ad meliorem frugem animi m' allicet; verum homo in istis & libitò oscitantur abdicat. Illuminat mirabiliter a montibus æternis. Evanes, qui rationales, dilexerunt magis tenebras, quàm lucem; & cum exurgeret in iudicium Deus, turbati sunt omnes *Inspicientes corde.* Apposite, ac opportunè *Inspicientes corde,* dicit David, & non mente. Ecce erat non intelligere, illud intelligere & nolle, secundum infirmitatis, primum voluntaria abdicionis, cognita lege, & præpta præscriptioe: ac hoc recordes, seu *Inspicientes corde,* merito dicit; quia voluerunt intelligere, ut bene agerent. Vectors dicitur quasi sine corde, quod quidem receptaculum vitæ, & quo extrahit moritur animal: insipitatio principum metus est ad rationalem vitam. Ideo Deus in statu m' Adam inspirat, scilicet, ut conferat animam: siquidem homines cor, vel animam quasi non habent, dum divinâ inspiratione superscedent. Redire prævaricatores ad cor, alieno sapientes capite, ne fitis semper insipientes corde.

Gregor.

Psal. 75. 6.

Quis fit insipiens corde?

Gen. 2. 7.

Lucan.

Mant. 8. 8.

— *Casus alieno in peiore vincet.*
2 *Dic verbo:* dicit Centurio, cum implorat sanitatem inacenti servo. Ore ergo dicit, si dicit Cœlestis Medicus, ut expellatur à grabato morbus. Cur igitur duplicat verbum (sine quo nihil est factum) ut miraculum in languore heret, dum suscitabat pro medi-

Inspiciens
ire deli-
tus, qui
miracu-
lum ex-
pectat, ut
credatur.

Miracu-
la verba
sunt.

Gregor.

Quomo-
do et
quid
Dei opa-
rius lo-
quatur

Saluti
signatur
periculi,
ubi dici-
tur salua-
tio mira-
culum.

Pfal. 67.
12.

Lorin.

Ubi non
valet cle-
mentia,
provalde
in inspi-
cia.

medicamine Die? Ampliorem in languidis medicaminis efficaciam intendit. Servo dicere verbo, sufficit: obediet qui miserrime seculo iacet: infans autem non surget adhibita medicina, nec potestate superna. Perperam sibi malis blanditur, qui male torquetur, & expectat inusitatum miraculum, ubi sufficit verbum.

Sat. Verum, si imperio tantum credit Centurio agrum servem se explicare, & in verbo miraculum exposci; cur salutem servo mirifice conferendam, vocat verbum, cum exponere deberet inusitatum miraculum? Quod verbo diceret Christus, erat potestatis opus. Vocet quidem gratus tantum opus iure eximium; ceterum opus, & verbum: *Sane, Aliquando Redemptor noster* (ait Gregor. Homil. 31. in Evang.) *verbis, aliquando rebus loquitur. Aliquando autem hoc verbis, quod rebus.* Sic enim loquitur in sanitate servi, paralyti laborantis. Paralyticus, qua male torquetur homo, est lethalis toxica in anima, summe nocua, quia in perniciem voluntaria. Patrat ergo circa desperatam salutem clarum miraculum: & studiose signatur opus potestatis, verbum; quia alijs dicebatur, ut iurgenter niente, cum agrum iubebat, subito valere corpore. *Verbum*: ut ceteri cognoscerent, quod voluntarie precipites ruerent: siquidem iacerent sine auxilijs caelestibus, & caelis inspirationibus, sicut paralyticus tortus & delertus a corporis facultatibus. Verbum salutis, qui iacet studio proferat, ne servus peccati iaceat. *Verbum* quidem, ne homines negligenter aeternam temporibus salutem: quando quidem inestimabilioris pignoris facient abrupte periculum; dum pro salute ut surgant, expectant Protomedici miraculum. Ipsi de se iudicant, ubi salutem miraculum clamant. *Verbum*, quia rebus loquitur: sed ab homine, quanvis audiat, non auditur.

3 Semel locutus est Deus, duo haec audivi. Inquit Regius Vates. Alij apud Lorinum hic. *Unum locutus est Deus, duo haec audivi.* Quo pacto duo, si semel & unum loquitur? Iam non enim, sed duplex verbum. Duplex verbum loquitur, dum loquitur semel unum. Duplex? Etiam. Inspirat in corda hominum praevaticantium a praescriptis, praetermissa ab illis custodia divina legis: & modo suavitur, & modo fortiter percucit peccata; ut iursam erigantur gravia criminis pondere mortalia corda. Suaviter inspirat indulgendo, fortiter vindicando: & duo audiunt, cum Deus loquitur: quoniam qui-que non cesserit indulgentiae; merito subiacentibus stridoribus vindictae. Luct igitur

transgressionis poenam, qui non respexit iudicis misericordiam.

Deinde, Quia homines nisi malis non sapiunt, & felicitatibus oblitescunt (siquidem fortuna est scelus inlecebra, & nusquam dormit humana malitia) affigit Deus saepe calamitatibus hominis animum, & affigit cruci gravi laborum, tundens igitur ab angustis duritiam peccatoris; quotque scintillas eliciat sensus ex silice cordis. Unde in se revertitur, qui extra se secundis erat; ac poenitens doloribus anxie quarit, a quo felicitate fatue deservit. Semel hic loquitur Deus, & duo nonnunquam audiuntur. Unum loquitur suavitur, alteri fortiter: igitur in calamitatibus unius convinctur studioso conscientia alterius (tum ut agnoscat clementiam divinam, si meruit criminibus pariter omitti poenam: tum ne prout audeat in scelera & peccata dum contempletur aliena, minime abire impunita: ac gratus respondet divinae voci clementiae; quippe didicit felicitate ter ex his, quae passus est alter. Duo ergo, semel loquente Domino, audiuntur; quandoquidem uno icu plura corda revocantur.

4 In statum salis convertitur uxor Lot. Illi factum in supplicium, alijs autem in exemplum. Sed cur in statum salis? Pro dolore in uxor vertitur Niebe. *En statua salata* & *caelum ac mare marmorem.*

Alicia. Emblem. 67. & Ovid. Epist. Heroid. 10. de Ariadne lamentabili tragedia. *Quemque lapis sedes, tem lapid ipse sui.* In saxum hac coacta saminis uxor opprobris: verum in statum salis? Non abite. *Ut fatues cendiat*, dixit Prosper lib. de *Evangelis*. cap. 16. *Zamenendo homines, res sit fatui.* August. lib. 2. q. *Evangel.* q. 43. Sal sapientiae synbolum est: & quod salina poena, alijs est sal qua laboribus, quibus alijs desipiunt, insipientes corde felicissime sapiunt.

Sal enim necessarium est, ne mundus infatuetur tarditate vindictae, quasi Deus oblitesceret audaciae, cum misericors ostentet connivendo clementiam; ne homines reprobe thesaurizent sibi iram: at uxor Lot delinquens vel leviter, convertitur in statum salis; ut homines discant capite alieno, si hoc est in viridi, quid erit in arido? Ex facile conficitur seminare statua. Ecce sublimis doctrina: si sal sapientia est, sapient homines, videntes statuum salis: qui praeterquam efficacius nullum oraculum, quam abentem supplicium.

Disimulat insidia divina propter poenitentiam

In ad-
madura-
sione u-
nius pro-
stringi-
tur cons-
cientia al-
terius

Gen. 19
26.

Alicia

Ovid.

Prosper

August.
Pena
uxoris
Lot erat
dite

Nullum
restitutio-
ne vivan-
ciae ora-
culi, quod
alienum
supplicium

S. Bene-
dict.
Luce. 17.
32.

Haud in-
culcetur
peccator,
quia se-
mel in-
aditum.

Patistia
Dei ad
poeniten-
tiam in-
vitata.

Fulmen
clementiae
symboli.
Pier. Va-
ler.
Causin.
Exod. 8.
29.

Hieron.

Tertul.

Deus in
unio pro-
na allo-
quitur est
ita corda

Ioan. 11
15.
Semper
Deus tri-
bulatis
accurrit.

poenitentiam, hominum scelera; ut rutilet in respicientibus exuberans misericordia. Ideo, ait, in *Regul. Prolog.* Ss. Benedictus, *Expectat nos quoties.* Et Sator N. exclamat: *Memores estote uxoris Lot*, ne vos eludat vana temporis spes. Subdole fallit; equidem illa & subito oblituit. Expers discriminis imminentis fugit in montem; ubi oblique lumina convertit ad civitatem. Ibi invenit caeli vindicta, cui indulgit in civitate clementia: & Christus admonet peccatores in iudicio supplicij; ne iudicent fatui, nunquam fulminare iustitiam, qui semel propter poenitentiam, exhibuit misericordiam.

Memores estote uxoris Lot. Cathedra est, ubi auditur clementia. Le iter deliquit, & mansit statua. Sane pietas erga vos visa sciat, circumspicitur: va vobis; si idem faceret iustitia, quoties peccatis. Illa in errorem levem lapsa, stat transgressionis signum, ultricis Nemesis exemplare ducentium. Illa leviter, vos graviter. Illa semel, vos semel & iterum. Memorete uxoris Lot, dum cogitatis peccatum: igitur clementiam, quam indulgentia exhibite proferunt, vel insensitiores ad poenitentiam adducunt. Ne suscitaretis fulmen iustitiae, quod placide in thoro patientia dormit. Vide Pier. Valer. lib. 43. cap. 31. & Causin. lib. 1. symb. *Parab.* 18. Ne provocetis ad vindictam amorem: habet enim manum gravem. Quid non conteret manus, si subvertit eundem exercitum digiti crepitus? Exod. 8. 19. *Ignem gladio ne fodiatis*: ait Hieronymus, ex Pythagorae symb. lib. 3. in *Ruffin.* Durum est contra stimulum calcitrare. Memorete uxoris Lot, quae iam sal: etenim exardescet pietas, & amor continebit in ira misericordias.

Memores estote uxoris Lot, sed quare? Tertul. Carm. de *Sodom.* sic canit: *Dicitur & vivens alio iam corpore — Vivens? Quomodo, si patet imago? Vivit exemplum supplicij, ut peccatores terrore ablineant scelere. Removebit quidem gravem causam, qui fuerit contemplatus levis culpa diram poenam: ac memoria, viva, nunquam imagine, transgressoribus legum meditantur commendatur; quia per illam iustitia cum clementia cunctos suavitur alloquitur.*

6 Erat languens Lazarus: ac urgente languore, manumittit animum. Illo igitur mortuo, dixit Archiatrum Christus discipulis: *Mortuus est: & gaudivo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi.* Dumtaxat de corporali presentia dubium excitari poterat, dum Lazarus animam fatigatus agebat: siquidem subsidio spiritali, semper adest Christus in

tribulatione. Verum suspendit animum caelebre monitum. Haud Ignorat discipuli Christum abuisse, quod post modeste proferunt factores querebat. Cui igitur videntibus secum adest: dixit, *Gaudivo, ut credatis, quia non eram ibi.*

Literatiter est Hylereologia, seu Prolepsis, id est, *Fraocappalia*. Q. d. Gaudivo non astitit corporaliter morienti, ut magis credatis exhibitione non cogitari miraculi. Ruperus hic asserit, non ita credituros discipulos, si affuisset; ut crederent, cum abesset. Vincetur enim fororum lachrymis, singultum supplicum telis, ac denique ut gratiam conferret, congenita misericordias: quia nescit tarda non minima gratia. *Gaudivo ut credatis, quia non eram ibi*: si tibi fuisset, mirum e crederetis. Quidam? Plurimum enim ac liberalem indolem, innatamque bonitatem discipuli agnoscebant in coelesi magistro: inuere, si tibi esset, cum pondere precum, fororum placabilis lamentatio: & nullatenus ab illis credi pelleret, Christum habere imperium; & melleis cordibus excusare subfocum. Non enim sunt discipuli credituri, tantum Principem gratiam prostrare. Spectabilis utique fuisset miraculum, insignem bonitatem continere beneficium.

In sentu Tropologiae proclive intelligitur Christi sententia. Iuxta August. lib. 8. *Confess.* cap. 5. infamitas mors, atque sepulchrum Lazari significant hominem deditum libidini, concuctudini, necessitati, & diaboli servum: praesentia Dei terret animum, vel solutissimum: ac in ipso articulo mortis Lazari, Dominum, cognitari erant discipuli, non astitit: igitur impossibile videbatur, quomodo Deus propalam videretur: ita perperam hominem sibi consilere, ut libuerit in poenam, servus esse Satanaz.

Praterca. Moritur anima vulnerando praevaticatione legem: peccatum quidem cum confusum matum fuerit, generat noxam. Dei igitur est autugium, quodlibet lethale peccatum. Si homo moritur legis vulneres, profectio non erat tibi, lem enim transgressionis audacia videtur cunctis petulantur impudentia; quandoquidem perfricta fronte dedebatur peccato, & coram Deo. Non erat tibi igitur homo miser iacuit. Manum sane extenderet, ne iaceret; vel ut exurgeret: quippe eius dulcis praesentia & sollicitudo amoris, eruit hominem a servitute criminis; ita delens ab anima obnoxia culpa chirographum, ut reddat hominem indulgentia sartum tectum. Non erat tibi: probat exitus, igitur Lazarus mortuus. Summam ergo languens exprimeret fatuitatem,

si

Ruper.

Haud sa-
cilevendi-
tur, ubi
si gra-
tiam ex-
cessare.

August.

Haud si-
bi certu-
m, con-
placet
vix esse
Satanaz.

Expi-
mit me-
gre, factu-
tatem pe-
rire ka-
beris. in-
to spectu
iungitur.

si periret habens in conspectu salutem : & asserit Christus ibi non adesse, ubi pro libito amplectitur peccator in mortem mori ; quia summe irreverentia esset invitare ad salutem peccatorem ; & despiciere impudentem invitantem.

1b. v. 27
Acce-
dit salus,
priusquam
accidat
agrotus.

7. *Eamus* (Subdit Salvator) *ad eum*. Aptē. Si Deus non accedit, in peccatis homo iacet : & ut ingenium benignitatis Christi clarē agnoscat ; accessit pietas antequam invocaretur. *Ad eum*, ait : iam non ille, quia morte mlaime est. Vocat Christus ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Illi omnia vivunt : & facilis suscitavit e sepulchro ; quæ alius Lazarum excitaret à somno. *Eamus*. Devenit : & invenit Lazarum quadriduo mortuum. Ceterum cum dixisset : *Ubi posuisti eum? Lachrymatus est Iesus*. Heu ! Quid non studij mors peccatoris? Sinc lachrymæ testes.

Gisland
Cur Cbri-
stus in
morte La-
zari la-
chryma-
tur?

Lachrymatus est Iesus. Iurē ergo lachrymatur. Languor, quo laborabat primus, inanis erat valetudinis affectio : quæ quidem negligentia in sebre nec edacem, post in languorem, ac denique transijt in phrenesim. Vide Gisland. hic, *dub. 1.* Facile liberari poterat ab afflictione Lazarus. Despectu insidit incurabilis morbus. Ideo Iesus lachrymatur : quippe parvi asstant fatui homines occasione, sensim ducentem eos in mortalem languorem, & phrenesim. *Lachrymatus est* ; quia quod mederi poterat leviter diligentia ; sequitur mortem animæ conficit incurabile symptoma. Lachrymatur, quoniam vitio consuetudinis, in phrenitidem devenit impetus febris ; quæ ager nec curat de medicamine, imò ridet : etenim non indicat quid, quare, vel ubi dolet. Lachrymatur peccatores flagitij, vitâ morientes : quin agnosceant, ut vitorum evadant catenatorum sepulchrum ; Deum opus esse, perpetrare miraculum. Lachrymatur, quippe haud revocantur à malo, vel ipsis malis, quæ frequenter perpetuantur. Insani sunt : lancinati cadunt : ac phrenitide laborant, dum percussio non dolent. Lachrymatur duriciem incurcissimi cordis, in benefactorem proacriter calcitrantis. In omnibus Christi amor satagit de conversione mortalium : perniciem alienam exhibet, ut documentum : & lachrymatur hominis languentis incuriam, qui salutem proijcit sceleribus in omnem aeternam : equidem sufficiebat contemplatio lachrymarum Christi in morte Lazari ; ut à sepulchro noxæ surgerent cæteri. Insigne enim protervitas præsertit homo ; ubi in scelere permanet, plorante Christo : & lachrymatur medicanter Medicus, quia non lachrymatur

Signum
dubiter
dominis
reprobatio,
ubi
permanet
in scelere
plorante
Christo

(ut par erat) agrotus : igitur minime eodem templatur offensam violatæ ex abrupto malefatis ; quem nullatenus pœnitent nec doloris ex crimine, nec sceleris.

Denique : *Lachrymatus est Iesus*, dum Lazarum revocat : igitur transgressor ignorat, vocari ut removetur à peccato, eadem voce Christus Lazarum suscitavit e sepulchro. Voce magna clamat. Semel loquitur, & plura audiuntur ; quæ præmittuntur à pluribus, sepultis pro libito voluptatibus, & sceleribus. Multos unice voce vocavit : & merito lachrymatur, quia tantum Lazarus exijt ; cum sollicitet præ magnitudine amoris, ut sepulti criminibus respondeat *Voci pulsantis*. Sic enim dicitur à dilecta Sponta vox dilecti. Manus pulsat, vox clamat : & signatur vox pulsantis, dum revocat à morte voluntaria animum peccatoris ; quia quom vox quemlibet transgressorem expressit vocat, alterius peccatoris intima sua vi silentio, crebris idibus pulsat.

Deus est
unum vo-
cat istum,
alium re-
vocat nisi
miratu

Cant. 50
2.
Qualis
vox pul-
santis

Ioan. 12
28.

In prela-
to lachry-
matur Deus

1. Reg. 1
314. 15

Pulsat
Deus in-
nos pro
suis, ut
alij pec-
catorem
revocet
à peccato

Apoc. 11
22.
Signata
vix aida
tur, cum
audiat
S. Bened.

8. Contextus exprimit huiusmodi voces, ut in se, ac in bonam frugem recipiantur profectē prævaricantes. Cum venisset Iesus Bethaniam & Martha sciret, adoratum accessit. Sorori deserre cupiebat (haud ignorabat obsequij) bonum nuncium. At perpendas & modum, & documentum. *Vocavit* (dicitur) *Mariam sororem suam silentio, dicens, Magister adest & vocat te*. Quæstio patet implexa. Martha vocavit sororem : quomodo asserit, à Christo vocari ? An quia per legitimum ministerium à Domino factum ? Uti que. Iccirco dum vocatur Samuel, Dominus imitatur vocem Heli : sciat ergo subditus, quod in voce Præsulis vocat Dominus. Verum si silentium est, dum nihil dicitur, quo pacto Martha in silentio sororem alloquitur ?

Utique facilis quæstioni. Exprimuntur in resurrectione Lazari, quod secretò contigerat in conversione sororis Magdalene. Vocavit Dominus, & respondit Lazarus emergens e sepulchro : vocavit Dominus, & surrexit Magdalena ex peccatorum barathro. Aliquando verbis loquitur : aliquando rebus docet : aliquando id quod verbis, operibus admonet : & in resurrectione fratris desunt, Martha serio profert Mariam vocari ; siquidem quod supposit in Lazaro iam experte sepulture, mirari poterat mundus in conversa Magdalene. Ideo dicit alibi Ioannes : *Conversus sum, ut viderem vocem*. Vox in mundo frequenter auditur : sed vox videtur, ubi quando Deus ipsis operibus loquitur. Ideo etiam S. N. Benedictus in *Prolog. Regul. Sancti*. *git : Suis sanctis monitis factis nos respondero* debe.

debetis : igitur cum facta eius, opera sunt alijs, nobis voces ; respondemas monitis sine factis. Alia sedet in nobis documentum divinum, dum sicut super Ioanem, factum est verbum.

Luc. 9.
2.

Eadem
vox, quæ
peccatori
benie est
resurre-
ctio, al-
ter est
mirifica
excitatio

Alios vo-
cat Deus
in publi-
co, alios
sientio.

Thren.
1. 7.

Oblivio
felicitatis,
est
inselicitatis
an-
tidotum.

Inspira-
tionu ne-
glestia
penitudo

clamabat Deus, ut quæti celeriter respicerent. Nixi crebra pietatis indulgentia, scelerata agrediebantur ulteriora. Cum delicate non convinceret pervicacia peccatorum charitas, apprehendit flagella amarissima pietas, ut agnoscerent vel in amaritudine passionum, non esse delicias felicitatem cogitatum, sed tormentum. Tormenta prius à Deo missa, illata fuerunt, ut Israel non pateretur intensiora tormenta : & in tempore lachrymabilis captivitatē, minime recordatur felicitis, sed infansla prorsus fortis ; quippe in diuorem servitutem libitō proci dens corruit, cum vocem prioris afflictionis non audiret : igitur Deus afflictione, qua Israel male torquetur : ne duriora pateretur, sapientissimus loquebatur.

10. Multoties à Domino frustratur hominum arte conatus ; ne parto, abiorbeat fatigentem internus. Alia ab improvido vocatur infelix fortis, & est revera insigne felicitatis. Invenit plerumque etiam in his, quæ videntur bona, utque quæque fortunam & facie nigra ; signatur ut infortunium ; & postea innotescit beneficium, ac momentum igitur animam Deus excitat ipsis molestijs, ut quas vocamus felicitates, cognoscantur angores. Abdicat homo, & appropinquet afflictio : ad eum in deteriore conditione pro peccatis videtur ; nemini prioris molestiæ, qua Deus ne torqueretur, incellanter loquebatur. *Ossa arida audite*, & exclamat Ezechiel. Quia ergo ? Audierunt ? *Ecce commotio* subdit. Reviviscunt porro, si commoventur. Saxea exhibentur, & duriora saxis peccatorum corda. Deus crebro exclamat, ut suscitentur ad vitam. Audiant ? Audiant, sed obiturfecunt. Nullatenus quæ sunt arida florebut : haudquaquam commovebuntur. Perpetram expectatur coris commotio, dum tot vocibus, nec minima circumspectitur commotio. Sera apparebit penitentia, & sero cognoscetur infamia : venient timidi in cogitatione scelerum, & traduent illos ex adverso iniquitates ipsorum.

Deus in
afflictio-
ne, qua
peccator
torquetur,
ne intensius
torquetur,
loquitur,

Mirifica-
cat Deus
ut videri
fecit, non
vis con-
demnet.

Ezech.
37. 4. 74

Despe-
randa est
commotio,
ubi
tantis
inspiratio-
nibus
nulla est
commotio.

Virgile

Credamus Phabo, & moniti meliora sequamur. Sic ait, & cunctis dilectis paremus ovariantes. Ita ex Virgilio, libr. 3. *Æneid. v. 188.* ne sicut ille (de quo idem ibid. lib. 6. v. 118.) lachrymalis in profundo lacu, sinus in exemplum, quia nolimus exultare flagitium.

— *Pblegæque miserrimus omnes* Aamonet, & magna testatur voce per umbras : *Discite iustitia moniti, & non temere dicitos.*

DIDASCALIA XIII.

Punctum est quod vivimus, & adhuc puncto minus.

Senec. Sserit Seneca Epist. 49. Crebra et-go cunctorum qui sciunt vivere lamentatio. In umbra vivimus. Ergo vita ista (ait Ambrosius in Psalm. 118. Oshava 3.) umbra est vite, atque imago, non veritas. Succinit Novarianus in Umbr. Virg. Excurs. 89. num. 306. Vere non vivit (inquit) dum vivere videtur: imago vita quadam est eius vita. Unde Ovid. Met. lib. 1. Fab. 4. Labitur, occulte, fallitque volatilis aetas. Et Virg. lib. 10. Aeneid. v. 467. Breve & irreparabile tempus Omnibus est vita. Vita omnino fugax. At quo cursu? Dicit Stoicus de Brevit. vite cap. 10. Praesens tempus brevissimum est, adeo quidem, ut quibusdam nullum videatur. In cursu enim semper est. Fluit & precipitatur. Ante desinit esse, quam veniat. Si in cursu semper est, breves dies hominis sunt. Praecepta mensura. Fallit volatilis aetas. Qualis ergo mensura praesentis motus, dum fit in tempore numerus secundum prius & posterius? Si praesens ut tempus sit (ait Augustinus lib. 11. Confess. cap. 14.) ideo fit, quia in praeteritum transit; quomodo & hoc esse dicimus, cui causa ut fit, illa est, quia non erit? Ut scilicet non verè dicamus tempus esse, nisi quia tendit ad non esse. Vita nostra de praeteritis & futuris constat. Si praeteritum, vivimus: si futurum, vivemus. Quanam ergo vita? Punctum, & adhuc puncto minus: quandoquidem & instantis temporis praesentis indivisibile; quia esse instantis est non esse. Vita conferenda compagini corporis humani. Inspiravit (Deus) in faciem eius spiraculum vite: id est, factum vita, ut vidimus in Litera expavit. Cur igitur non dicitur elargitus est vitam, sed vite statum; cum conferret praesentissimam formam, vite principium? Vita est successivarum respirationum collectio diuturna; respiratione entitas (si entitas) instantanea; & appositè non vita, nostra vita signatur, sed vite spiraculum; siquidem quod vivimus, temporis tantum est punctum.

Punctum hoc coalescit ex partibus futurà & praeteritâ. Vivimus ex quo vivimus? Vivimus ex quo vivemus? Perperam vocatur vita, quae pendet ex instanti, quod non est. Non vita, sed morte vivitur; igitur in

Mors vivit.

puncto (ut minus puncto vivatur) quod vita vivitur, demitur. Paret: principium enim respirationis vitalis, est profectò initium mortis. Ratio prompta. Mors est non vivere. Transit momentum quo vivis, & in eodem moretis. Dies enim sunt mensurabiles: moreris absdubie quicquid vixeris. Ultima hora, qua esse definimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Unde Stoicus Epist. 24.

Mors non ultima venit, Quae rapit ultima, mors est.

Ergo moreris, quo vivis: à primo enim instanti, quo respirare cepisti, capisti etiam expirare. Tempus, ut dixi, est numerus motus secundum prius & posterius. Non esset, si nihil praeteriret, & adveniret. Praeteritum transit, futurum nondum advenit. Quo pacto vivit homo futuro tempore, quo non gaudet; & transiit, quod iam praeteriit? Ergo vita moritur, vel morte vivitur. Peripicuius argumentum. Vita non esset vita, ni momentum quo vivitur, velociter praeteriens, adimeretur. Intende.

Quotidie morior. Inquit Paulus. Quomodo si vivens, dicit quotidie, Quotidie morior? Statutum est hominibus semel mori, non mori frequentem. In precepte interit, qui vita vivit. Appositè dicit: quare? Quia vivit, interit. Finis vite profectò stabilis, alias natalenùs cset finis. Vita hominis semper est in cursu, ocyor aurà in finem precipitatur: mors autem nihil aliud est quam vite privatio: & expirat sane vel in vite momento; quia vita quotidie moritur, cum ex vita quotidie quicquid vixerit, dematur.

Iam igitur patet inextricabilis alterius Pauli testimonij delicatio. In omnes homines (inquit) mors pertransiit. Pertransiit, pertransiit, & pertransiit: siquidem non omnes unà morimur. At in nos qui vivimus, qua via? Pertransiit, pertransiit, sed pertransiit? Sancte. Quotidie morimur: quotidie enim demitur aliqua pars vite, & tunc quoque cum evasimus, vita decrescit. Hæc Seneca Epist. 24. Vita utique est ens successivum, in qua illud ut incipit mors accedit, ut contrarium. Non quid successivum esset, si permaneret: & aptè dicitur, quod mors antequam veniat, pertransiit: quippe quicquid vixerunt temporis, quia vixerunt, iam est motus.

In sententia lata Adamo, claret exegis plum (& in exemplum) quod videtur stupidis paradoxum. Fertigeribus, profertur, Donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem revertaris. Pulvis homo: Pulvis ergo post mortem, non in

Seneca

Et vita moritur

1. Cor. 15. 31.

Quicquid vivimus, morimur

Rom. 8. 2.

Senec. Et atque crescit, vita decrescit.

Gen. 3. 19.

Quomodo pulvis est vita hominis

Gen. 2. 17.

Homo pro motu habet obitum.

Vita latet in morte.

S. Ben.

Ravil. Text.

in vita. Si hoc est munus mortis, & in vita est homo pulvis; vivet & non vivet homo. Haud contradictio. Vita nostra non est vita, sed spiraculi umbra. Vivit mors sub vite larva. Moritur citò, & citius, quo plus habet auz vitalis: aut cum moriendo sit pulvis; pulvis Adam & florens merito dicitur, quia vita moritur, expirans, antequam morte moriatur.

Auditor Dei sententia in transgressorem Adam: audiatur igitur & divina lata lex. In quocunque enim die comederis, morte morieris. Hæcine pœna, ut frangeretur, vel compeceretur audacia. Deliquit: verum non interijt; igitur triginta supra non gentos annos licet miser, vixit. Quo pacto ipso die, quo inconsultò gustavit lignum vitæ, peregit vite periodum? Quia obnoxius mortis, asserunt PP. ut videbimus Tautolog. legq. Fluit quidem. Caterum nequam solvitur iure debjtu, usque ad tempus praenitum: ideo dicitur, Morte morieris, haud, Morieris obligatione mortis: ergo si verbum Dei immutabile, & Adamus vivit; quomodo mortuus eodem die, quo de ligno comedit? Si abjureret (ut par erat) à cibo, aternaretur sanequam macta spiratio: siquidem transferretur in caelum, liquens sine morte mundum. Ex instanti, quo excerptus est inanis fructus; facti sunt mensurabiles dies eius: mors est igitur privato vitæ; & moriebatur Adamus, antequam animus manamitteretur morte: siquidem ab illo tunc vitæ defuit, quicquid ab illo tunc vixit. Mors habet, vita morti præcepit & ultro, vel ingratè accedebat: & pro momentis experiebatur obitum; cum futurum transiret in praeteritum. Impendio vitæ vita instruitur, igitur mors exuvijs respirationis ornatur: & in die quo comedit ex ligno fatuus Adam, proculdubio mortuus est; quandoquidem decrescit vitæ florida series, ubi crescit per tempus machina ætatis. Decrescit: igitur vita etiam dulcis, lactatio patet inexorabilis mortis.

Hæc est vita nostra. Reverà dicetur vita? Mors secus introitum posita est: ait S. P. Almiicus Benedicùs. Regul. Sancti. cap. 1. Grad. 1. Hamilit. quippe ingreditur sepulchrum, qui nascitur introitum. Individuus vitæ comes est umbra: igitur si extollitur (quod rarò) in senectutis cacumen ætas favore vitalis auz; maiores utique cadent de montibus umbrae. Thracum mos erat lugere nativitatem hominum, quoniam in singulis numerus augebatur mortalium. Ita Joann. Ravil. Text. Off. lib. 7. cap. 43. Plorant merito in vitam orientem, cum natione Tom. I. Taut.

num relique deplorent dantaxat obeantem. Hei! Tali enim conditione esse confingitur in natura hominum; ut vitæ & mortis sit pariter procul claudicatione, curriculum.

Nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus revertar illuc: dixit strenuus athleta in rapina, & perditione bonorum; quasi nihil amississet, dum pateretur naufragium. Non habuit vulgare solatium naufragi, scilicet, libet exire: quo pacto querulum sic in Excerpt. Seneca levat. Naufragium fecit. Cogita non quid perdidit, sed quod evaseris. Nudus exij. Sed existit. Omnia perdidit. Sed perire potuisti unà cum omnibus. Nec vulgare, ut dixi, infelicis levamen; igitur ulcere pessimo à planta pedis percussus est usque ad verticem. Nudi sane nascimur: verum in uterum non revertimur. Nudus egressus est lobus de utero matris, sed minime revertetur in uterum genitricis. Nunquid potest homo in ventrem matris suæ iterum introire, & renasci? Quomodo possunt hæc fieri? De utero transferretur ad tumulum, si diem supremum obijisset. Sic enim frequenter scriptura loquitur. Job 10. 19. Eccl. 5. 14. Eccl. 40. 1. & 1. Tim. 6. 7. Quomodo ergo illuc, unde egressus revertetur? Si in sepulchrum, non revertitur, sed ingreditur; si in uterum genitricis, non est regio lethi, sed officina vitæ. Quo igitur ingenio sepulchrum vocat exordium, ubi inest vite principium?

Appositè quidem. An quia ut phenix multiplicabit dies, quàm appropinquat usque ad portas mortis? Sane. feliciter. Iusti ergo in sepulchro non habent tumulum, sed spectabile ortum: quandoquidem nisi sunt oculis insipientium mori; sed sunt in pace: igitur in exhalatione animæ instat phenicis, nullatenus tangit illos tormentum mortis. Perperam enim mors tesserulam mortis habebit, dum victus victor venulissimè floret. His igitur usque ad seqq. Tautologiam super sedeo.

Ergo proposito. Illuc accedit, unde egressus ad vitam; cum magis properat cruciatibus in lethi molellum. Ibi accepit homo humanam conditionem; citò fragilem; non verò mortem: quippe in utero matris in viventem formatur, minime verò formam, quâ non dum habet, destruitur. Proh dolor! Minutim destruitur, ex momento in quo formatur: & lobus summè philosophus: feretrum vocat, in quo formatus ad vitam siquidem ex eodem instanti quo puer respirat ad ortum, tendit vite infeliciter in tumulum.

Ni ipsa respiratione expiraret homo!

7. li. 6. mor.

Job 21.

Seneca

In naufragio felicitas est evadere, licet naufragus.

Ita Phenix in star moriatur.

Ex quo homo respavit in ortum tendit in tumulum.

leatē; tantummodò vivens moreretur in morte. Etiam subdolè invadit in vita, & obrepit dulciter aurā: unde officinam vitalitatis (uterum genitricis) signat lobus sepulchrum (insigne mortis) quoniam incepti mori, ex momento, quo genitus nactus est vivere.

Mori in vita san sum.

Senec.

7 Revertar. Discrimen proponitur inter mortem iuliorum in vita, & peccatorum quæ penitētia involuntaria: quippequàm felicissima mors, antequàm moriatur; & infaultissima, in morte mortem obire. Sic enim (ait Stoicus Cordub. de Brevit. Vitæ cap. 14.) *penitentes moriuntur: non tanquam exeat de vita, sed tanquam extrahantur.* Fausse enim moritur homo, si moritur ultro. Vide Tautolog. 5. Didasc. 5.

Expirat homo, quo respirat.

Deinde. Revertar, ait: sed quo? Illuc. In terram revertitur. conditio corporis; quippe hæc est via, & irrita universæ carnis. Illuc est machina mortis: Illuc etiam vulva matris. Hic respirat, ibi expirat: ac vitam reverà commutat vivens cum morte; illic, & ubi accipit spiraculum vitæ. Haud multi dies à morte homines vindicabunt, quantumvis felicitate lætarentur: siquidem licet è sepulchro illuc unde egressus, revertatur; vel ingratissimus homo in sepulchrum revertetur. Si dies tempore mensurantur, proculdubio consumuntur.

Psal. 17. Chald.

8 Davidem meditanter audi. Circumderunt me dolores mortis, inquit: Chald. Dolores parturientis. Contraria omnino lætatio. Dolores mortis insunt, ut homo ipsis pulsus transeat invitè ex hoc mundo. Dolores autem parturientis urgent feminam, ut vivens edatur in vitalem auram. Illud est vitæ postremum, hoc principium: ac studiose conferuntur munera parturientis, & officium pallidæ & amaræ mortis; quippe homini, inrè signatur occasus, ubi à natura consignatur ortus.

Luc. 2. 11.

In Bethlehem nascitur ex Maria Virgine, caro factum, Divinum etiam in corpore Verbum. Annunciat expectata retrò sæculi nativitas, & effluit Angelorum meritò hilaritas; siquidem hominum videbatur assertor in novissimo tempore; qui illis exitiæ Salvator à principio creaturæ. Unde pastoribus lætandi dixerunt: *Gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Salvator.* Salvatorem iam Dominum natum appellat multitudo militiæ cœlestis, cùm obtineret titulum in consummatione crucis? Si dum moritur, cur dum nascitur? In nativitate Salvator futurus, quia per crucem redemptum hominum genus: & Salvator humanæ propaginis plauditur, simulac in

Utera huius lucis est pignus mortis.

mundum oritur; quoniam pignus firmum mortis, erat usura huius miseræ lucis. Titulum Salvatoris adeptus est consummatione passionis in cruce: ipso decursu temporis etiam extinguitur lumen vite: igitur plus mors admittit, quòd vita crescit. Impendit vitalis auræ vita floret: inolefcit pariter, & exolefcit. Mors est ipsius vitæ fomes, & instabile impendium: quapropter ut viderunt Angeli Iesum natum, Salvatorem designant, quasi iam mortuum.

9 Hæc est vita humanæ conditionis; & vivunt quasi nescientes conditionem vitæ. Nec ruina alterius eiusdem massæ adificij pulsat memoriam; nec exemplum inducit in non ruinam: ira insaturati beneficio labilis undecunque valetudinis, ut seipfos decipiant falso conamine nobilioris fortis. Idem est exitus, & idem introitus: ac nimis stupidus potest agrosere eandem fragilitatem; dum eandem in se agnoverit conditionem.

Navis in qua Ionas fugiebat in Tharssis, ut Ninivem fraudaret n unere predicationis; periclitabatur conteri, intumescere vento valido, mari. Omnia officia potius procellam iuvabant, quam arcebant: igitur athra abolita, restante fortuna, soluto Aolo, æstu contrario, irrequieto fluctu, inhibito renō; ratem aquarum moles impellebat in fidera, & rursum deprimebat, ut vacillaret arenâ. Navis vitæ symbolum est: dies *Tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam*: dicit Sapiens cap. 5. 10. Nauta miserunt pretiosa quaque in profundum, ut quiesceret mare inusitatâ tempestate motum. Quàm cæca fors mortalium, in acquisitione opum! Multorum vitæ navis haud timet conteri, cùm sint fortunis onusli. O me miserum! Potius optabunt obrui, quàm illas obruere.

10 Mare utique ibat, & intumescerebat, ut apprehenderet Ionam; ob quem Nautæ grandem illam patiebantur procellam: quin eruditior experientia prudenter sibi subito casu consuleret; cùm in se ipsa, ut rectè sese gereret, cœspiraret. Consilium sepelitur, lux rationis conturbatur, tantummodò inconsulto moderatur metus, ac in spem expes vanidè creditur animus: igitur vivator, inops est mentis, in articulo subitæ miseræ mortis. Quid Ionas operabitur boni, cùm esset auctor procellæ? *Dormiebat sopore gravi.* Ecce imago obliuati peccatoris. Fugit Domini faciem, quasi effugere possit. Quo fugit? Quascumque inviseris oras, sub lobe temper eris, sive ascenderit in cœlum sursum, sive

Communis est exitus boni & mali, & introitus

Divitia prodeho iuvanti

Provocatio inops est in articulo mortis

Ion. 2. 5.

Sans infelicitas, in utraque anem dormire, putate mori.

ve descenderis in infernum deorsum. Vocat Dominus, & dormis; Vocat Nauta, & sopore deprimeris? Periclitatur cymba corporis, & veterno gaudes? Hoc opus, hic labor. Expergiscere. Gravi igitur dormit corde. Sub tristis casus! Siquidem lachrymis dignus, ut reliqui lætâ, & periculo præparentur innocentes ad exitum: & eodem discrimine auctor tempestatis amplectatur Ierhargum.

vers. 5. v. 10. v. 16.

11 Miserunt ergò fortes, ut scirent, quare tantum malum, ac inevitabile cunctis periculum? Viderant enim Nautæ maris periti, procellam ortam, & aquam tumidam præter cursum, & ordinem ventorum, sidem, ac aliarum causarum secundarum: ex quo aliqui DD. haud infimæ notæ autumant licitas tunc fuisse fortes, sicut probantur Iosue, & Saulis: de quo Nos ex professo ad illud Petri Acto. 1. 17. *Sortitus est fortem ministerij huius.* Miserunt quidem, & cecidit Iosue super Ionam: cuius consilio, & ipso misso in mare, sicut ab æstu, & voraci fervore. Perpende modò timorem Nautarum. Oritur tempestas, & *Timuerunt nauta.* Cedit fors super Ionam: *Et timuerunt viri timore magno.* Denique mittitur in mare: & etiam *Timuerunt timore magno Dominum.* Timor ortâ procellâ, haud alienus à peccatore, etenim navis periclitabatur allidi: verum tranquillo pelago, Propheta depulso, est inanis, ac inutilis commotio. Periculum fover timorem, evanescit absdubie citra discrimen. Animi nùm imminet Nautis nova percussio, ut non solum timeant, sed timeant timore magno?

Terret iure alle nū infortunium, dum cogitatur esse posse propriū.

12 Profecto quidem. Crescit metus umbra, si micat discriminis deterior alea. Miserunt ergò fortem, ut cognito auctore tempestatis, interiret. Quid mirum, quòd unusquisque timeret? Sors igitur, quæ cecidit super Ionam, cadere potuit super singulorum vitam. Expulsio Propheta minime sedavit animum, sed auxit uniuscuiusque periculum: siquidem naturalis erat cogitatio (in pelagi altuantis, & ferveccentis periculo) ut uniuscuique accideret, quod Propheta dormienti subito contigit.

Cùm enim vigilanter Inctarentur cum fluctibus, ut mortem evaderent, timent: ac verò semota pelagi tempestate, magno succumbunt timori. Didicerunt igitur malo alieno. Huiusmodi reverentiam, mortis excitavit cogitatio: quoniam instat miraculi, quòd unusquisque Nautarum liber evaderet, cùm in eodem diffimine solum Propheta periret.

13 Ex sorte misera Ionæ crevit timor mortis, cùm causâ singuli possent esse tem-

pestatis: ac ex missione Propheta in servidum mare, genitus est in cordibus timor Domini. *Timuerunt* (dicitur) *timore magno Dominum*, effugientes morte Ionæ mortis periculum. Prudentèr utique. Deum in voce mortis proximi audiunt, qui nunquam Deum scelere cognoverunt: momentu leni pulsa, ut respicant; & Deum verum vindicem peccatorum agnoscant: etenim ne vicerent infideles in flagitium, pœna Propheta: proponitur in exemplum. Inimici Dei, superstitione perliterant: cete leviter delinquentem ligurivit Ionam: & timent timore magno, conscientiam contemplantes deformi scelere novo: igitur malè multabit penis obnoxium, qui tot anxietatibus flagellavit amicum.

14 Haud Nantarum prudentiam explorant perditissimi homines, de secleribus in seclera usquequaque ruentes. Familiaris è latere corruit, insidiane occultâ romica præter opinionem; & minime cogitat idem habuisse discrimen: quapropter quasi effert exemptioris conditionis, haud sapit alienis malis. De medio uxorem dilectam sustulit obrepens mors, ac filij decedunt in herba præter spem. Vident sicco corde humilidi oculi, & fatuum cerebrum obdormit sopore gravi; quin duro pectore imprimatur rationalis cogitatio (cùm sit in eodem ipso vite periculo) posse scilicet, in se iam sortem præcludere halitum; ut contingit subito conversantibus secum. Neutiquam alio valentiore fulero nititur propria vita, quàm aliena. Levis cunctorum est aurâ. Timeamus ergo articulum mortis timore magno, siquidem pundum est quod vivimus, & minus puncto.

Ne rabi homines in signis, paena levis imperfectionis in exemplis proponitur.

Etiam dum urget maioris excitationis, opprimatur veritas.

DIDASCALIA XIV.

Musice in utero genitricis prognosticon est eximia Benedicti sanctitatis.

1 F Erme eadem de Legislatore N. & Religione Patriarcha scribit Cister. Bonifacius Simonetta lib. 4. *Persecut. Christian.* Epistol. 20. Per indicem huiusmodi excellentiam tangemus, igitur ad illud Genes. 12. 2. *Benedicam tibi, erisque benedictus.* latè tractabimus Tautolog. 3. tom. 2. Pater generis Adamus, spiraculo vitæ vivificavit. Pater Monachorum vivificatur sine spiraculo vitæ. In utero matris fecus non respirat, & vitam habet. *Air* (inquit Nicolaus

Bonif. Simon.

Nicol. Nanc. laus